



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

7. An iudicium de hypotheca sit actio realis an personalis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

rem, ut cum magis rei vendicatione, v. g. petis à Judice, ut curet tibi restitui tuum equum, qui dicitur esse apud Caium, ibi non immediatè contra Caium agis, quia hic non est tibi obligatus, quia fortè sine culpa sua rem tuam habet, sed contra detentorem equi quicumque ille sit: unde si Caius neget se habere equum, tibi non obest, quia non perdis per hoc actionem tuam; nam apud quemcunque repertus fuerit equus tuus, sive cum culpa, sive sine culpa, tu eum vindicas.

7. Ex quo colligitur, iudicium quoque de hypotheca esse actionem realem quamvis enim in prima sui creatione pendet ab obligatione personali, quia persona accipiens aut mutuo accipiens est, quae se ipsam aut bona sua obligavit, tamen sublata actione personali, sive quia vendita est realiter hypothecae subjecta, sive quia mortuus est debitor, creditori tamen manet integra realis actio contra ista bona apud quemcunque existant, ut communiter DD. *Secundum rectè iudicium possessorium sejungitur personali?* R. rectè si missionem in possessionem respicias: quod si de possessione

inter

9.

interdicto agatur, in personam est iudicium, per rubr: ff. de Interd: §. ult: instit: eod: L. ult: C. eod: L. 2. & 4. C. unde vi L. ult: C. de lib: exhib.

8. Mixta verò iudicia quæ partim in rem, partim in personam sint, non agnoscimus §. 1. instit: de act: L. 1. §. 1. C. de anal: exc. Et possessorium iudicium non rectè ab Interpretibus dividi in summarium, & ordinarium docet Cuias: in L. si solo in 1. observ: 20. quia causa possessionis generaliter spectata momentanea cum appelletur, ordinaria dici non potest, per L. momentanea 8. C. unde vi & L. un: C. si de mom: poss: L. ordinarij 13. C. de R. v. 1.

9. Demum ex forma seu modo procedendi, iudicium dividitur in ordinarium, & in extraordinarium seu summarium, hoc est, in quo proceditur simpliciter & de plano sine strepitu & forma iudicii, ut in causis electionis, postulationis, hæresis læsæ Majestatis, in quibus nunquam solemnia observantur, neq; plena plerumq; causæ cognitio intervenit: ut optimè explicatur in Clement: Sapè de verb: signif: cap: fin: de hered: in 6. & Extravag: Henrici VII. quo-

A 5

modo